

Ex decreto N. N. A. A. Vestrarum declaraturus sententiam meam de quibusdam capitibus, neque purgaturus ab imputatione errorum mihi obsectorum, nullam convenientius exordium ducere possum, quam ab eo capite, unde initium mecum disputationis ab Accusatore meo arcescit, & unde reliquum deinde firma controversiarum deducit. Est illud caput de moralitate Sabbati, ejusque cultu, quod ob ritae praxin religiosam pertractari, ipsius Christianismi quam maxime interest. Materiam illam ante annos tredecim non curiositatis prurigne excitatus, sed serie textus Domini, calis, quem pra manibus habebam, explicandi coactus, meditari coepi, id potissimum persequens, ut profanitati dominantis, & in differentia magnis patronis se commendanti obviam irem; & citra ullius hominis infestationem, quam ab existis prorsus abhorream, locorem qua & olim & nunc ad Sabbati sanctificationem pertinerent, conscientiamque fidelium quoad ipsam mutationem tibi in tranquillo constituerent. Neque diffiteor me inter alios autores hanc materiam pertractantes, legis scriptum cuiusdam Georgii Walkeri, Anglicani Theologi, veritatis Orthodoxae contra Socinianos, nos asportis frenui, optimaeque inter Pastores Londinenses tam fama quam ritae, ac quantum scopo quem propositum habebam congrueret, sentum esse. qui cum non tantum accurate qua in hanc rem ab aliis afferentur perpendere, sed nova quaedam neque prorsus invalida fundamenta adjuvenda huic moralitati Sabbati suppeditare videretur, digna tum existimari in qua penitus inquirerem. Ea igitur cum ad unius Scripturae lapidem examinares, & audentius textus verba, connotationem & sensum cum praedicti auctoris mente satis quadrare neque caput ullum dogmatica inter nostros doctrina ei contrariari animadvertere, in eius sententiam prout tunc animus erat, facile descendere. Adcoque, cum nullam in eo quaesita haeresos vixit latere arbitrare, minime illud scriptum occultare volui, sed plerisque mihi animis ac studiis conjunctionibus amicus communicari, & inter eos quoque jam ante octennium, ni fallor, R. Collega meo D. Marefio. Qui cum rescripto mihi testoretur, se hanc pauca eorum postulatis potius quam demonstratis annumerare, tamen manifesta haeresos nihil itum in eis notavit; sed talia iudicavit, qua si olim in publicum emitterem, a me vel elucidari, & explicari mollius, vel defendi possent. Hinc autem nunc tela accusationum texitur. Quarum satis longam seriem cum in disputatione nuper de Sabbato nomine tenus quidem in Walkerum, sed per ejus latus, ut omnes norunt, in me intentata, edidisset, de illo capite praecipue & ante omnia mihi agendum esset, nisi in scripto N. N. A. A. Vestris oblato, litera aciem suarum criminacionum infruere placuisset. Ut igitur velut primo obtutu Lectori speciem praeberet enormiter absurdarum opinionum, & quibus omnia mea essent quam si, nullina, visam ei fuit praemittere catalogo suarum quae mihi affingit Assertionum vetus illud & dudum explosum dogma Biliastarum; cujus primus articulus ita sonat.

1. Biliasterum doctrinam de regno mille annorum post e

post evasum Antichristum, sive de quinta Monar-
chia Anabaptistarum, Fanaticorum & Quakerorum,
adeoque distinctionem prima & secunda resurrectionis
corporea, reuocationem Iudeorum in Palestinam, aliq;
huic opinioni annexa, fundari in Scripturis.

In quo si mihi imputat quacunq; crassiores illi Chiliasae, ut olim Coijul-
torum voluptatibus sibi imaginati sunt, vel hodie Anabaptista, Fanaticis
Kori iis affinia docuerunt, non arbitror apud aequi iudicis homines ullam
porturum. Certe ex iis qua vel scripsi, vel docui, laxo quorundam
passim contraria, nihil simile eruiturum puto. Ceterum ignorare Vir
Scientissimus non debet, fuisse ex antiquis Patribus & Scriptoribus hodieq;
non paucos, qui de Statu aliquo Ecclesiae millenario docuerunt, & eam
non levis momenti Scripturae testimonia produxerunt. Justinus Martire
facit sententiam non singularem quorundam, sed communem omnium
Christianorum. In Dialogo cum Tryphone Iudaeo, sic scribit: $\epsilon\gamma\omega\ \delta\epsilon\ \kappa\iota\ \epsilon\iota\ \mu\epsilon\ \delta\epsilon\ \theta\epsilon\omicron\upsilon\ \rho\epsilon\iota\sigma\tau\epsilon\omicron\upsilon\varsigma\ \kappa\alpha\lambda\alpha\ \kappa\alpha\tau\alpha\ \chi\epsilon\iota\sigma\tau\alpha\ \rho\epsilon\iota\sigma\tau\alpha\ \rho\epsilon\iota\sigma\tau\alpha\ \rho\epsilon\iota\sigma\tau\alpha$, Ego vero & si qui
Christiani secundum omnia capita recte sentientes, et resurrectionem carnis
norimus, & mille annos in Hierosolyma aedificata, & ornata, & dilatata
Abiel & Elias & reliqui pariter confitentur. Post reformationem Piscator
(quos testes alibi contra me citat:) alii eam amplexi sunt, & Daniel
Belgio Ecclesiastes, eandem peculiari scripto defendit, quem nemo propterea
eiecit. P. Walens disputat quidem de Opinione Chiliasarum, non tamen
qui illis accensentur, praecipiti sententia haereticos damnat. Ipse etiam L. P.
meus inter haereticos circa hoc caput, & Dogmatistas ingens discrimen
cum in alia abeat, tamen in his non nisi novum esse affirmat. Nulla
Synodus Belgii Nationalis, quicquam de hoc capite definit. Quid si in
quastione meum iudicium ob varias rationes suspendi, neq; contrarium
resio statuentibus assensus sum, ideo factum, quod haec non viderem
annos adhuc initium sortitos esse. Interim de conditione istorum
huic nectantur conjectaria, uti a me non sunt profecta, nec usurpata, ita illi
quo discutienda, quibus tractare, & in alteram partem definire est
Unicum dubitationis meae produxi argumentum, de Ligacione Satanae, de
tur articulus secundus.

II. Ligacionem Satanae tam absolutam intelligi Apoc:
17. ut per mille annos non sit operaturus in filiis
rebellionis Eps: 2. v. 2. eoque nullum fore toto illo
millenario reprobam & impium in mundo.

Notandum huic primam, loco Apocalypsis non solum ligatum dici Satanam,
confectum in abyssum, & ibidem obfiguratum: qua phrasibus absolutam prius
tidus satis Belgis: Verzegelde. Namelick de deare des afgroets tot verzegelde
si alle dien tijt daer soude waten blijven. Siet die gelycke wijze van doen Van
Matt: 27. v. 66. in het exempel van den kuyl Daniels, en Christi graf. Quam
nem in abyssum Demones deprecari sunt, & impetrarunt quod petierant
qui istis conelligi nec hominibus, nec porcis nocere potuissent. Praeterea
Satana secundum quid tantum intelligatur, nihil peculiare de mille istis annis
quod non perpetuo locum habuerit & habet; quia providentia Dei sic semper

constrictus, ut nequeat seducere eos, qui verè crediderunt. Porro ligationis istius
 eo fine ne seducat Gentes, quod auctores sic statuunt initium, inter ipsos incertum est;
 et dubitant Belgæ Interpretes, sitne à vastatione Hierosolymæ, vel, quia persecuti-
 ones Ethnicæ adhuc ultra 250 annos continuarent, à Constantino Magno demum in-
 choanda. Verùm tunc, ut Veteres ajunt, effusum est venenum in Ecclesiam, à Satana
 nimirum nondum ligato: paulò post etiam sequuta persecutiones Arianorum, gravi-
 res Ethnicis, quæ pari jure initium mille annorum procrastinant; quas brevi interval-
 lo excepit adventus Antichristi in omni efficacia Satanae 2 Thes. 2. cap. in ejus
 regno summam ipse tenet potestatem. Adhuc tempore Constantini longe maxima
 pars orbis terrarum, quicquid ferè extra limites Romani imperii fuit, in idololatia
 Gentili, atq; adeo seductione Satanae perseveravit; imò pars ejus magna etiam nunc
 eidem immersa jacet: ubi cum Satanas, ut inde excluderetur, ligatus non fuerit, omnis
 illa terra portio fortasse ex ipsorum sententia debet dici Abyssus, in qua adeo
 constanter ligatus, claususq; hæret. Verùm R. V. D. Marefius ne quidem Bel-
 gis adsentitur in alterutra parte ligationis ipsorum, sed, quod non basitant repudiare,
 ut ligationis exordium in exhibitione Christi in carnem constitutum, ipse adoptat, nescio
 quo testimonio nixus, nisi quod ipse adducit ex oraculo Diaboli, qui Augusto Imperatori
 responderit, quorum Hebraicum nequitiam sibi attulisse abeundi in Abyssum. Hæc
 tamen si credamus, quid dicamus de historia Evangelica, qua integras legiones dæmo-
 num, extra abyssum vagantes Luc. 8. 31 & varias Satanae cum Christo congressi-
 ones Luc. 4. v. 2, 13. Job. 14. 30, commemorat? Aut si omnis ligatio Satanae
 in abisso pertineat ad defectum oraculorum inter Gentes, de quo defectu responsum
 Apollinis loquitur, post mille annos ligationis solutus, in istis similibusve oraculis
 rursus loqui debuisset: quæ tamen omnia æque nunc ac ante annos 700 silent.
 Enimvero soluti Satanae actiones nos rectius docent de ligationis contraria efficacia.
 Solutus bellum gerit, et geret cum fidelibus, Apoc. 12. v. 17. cap. 20. v. 7. seq. hoc
 verò et egit olim Ephes. 6. v. 11. 12. 1 Pet. 5. v. 8. quo tempore fuit efficax in
 filiis inobediencia Eph. 2. v. 2 & agit adhuc, durante hæc nostrâ militiâ, docente
 Catechesei quæst. 32 & 127. Conjectarium istud, si non operetur Satanas in filiis
 inobediencia, non fore reprobum aut impium in terra, nullum est. Neq; enim in o-
 mnibus peccatis animadvertenda efficacia illa Satanae, de qua Apostolus agit; na-
 turâ humanâ, inde à lapsu depravatâ, ex se Lizaniorum feracissimâ, tametsi hostis
 illius pessimi industria, non faciat eò novam illorum sementem: & ordinariâ immunes
 ab illa efficacia Satanae sunt pii, qui tamen nunquam immunes vivunt à carne
 et corruptione Ephes. 2. v. 2 seq. 2 Thes. 2. v. 9 seq. 1 Job. 1. v. 8.

In duobus sequentibus articulis

III. Mundum futurum, quem Deus non subiecit Angelis
 Hebr. 2. v. 5. esse regnum Chilasticum oppositè ad
 mundum præsentem, qui subest dæmonibus.

IV. In regno Chilastico omnia visum iri subiecta pe-
 nibus Christi Hebr. 2. v. 8.

mibi adscribit, quorum neutrum à me hoc modo propositum. Sed adfringendo argu-
 mento superiori de ligatione Satanae dixi, Angelos illos, quibus non subiectus erit
 mundus futurus, rectè intelligi posse de illis, qui jam adhuc de facto, (de jure enim quis
 ambigit?) Christo subiecti non sunt, hoc est, de malis angelis, qui ab Apostolo adhuc
 suo t

ad hoc suo tempore mundi principes appellatur Ephe. 6. v. 11. 12. Deo
culi excecante mentes infidelium, ne adferantur Evangelio Christi &
Ephe. 2. v. 2. Quod opponit Matthe. 28. v. 18. de potestate omni in caelo
Christo data, de jura ipsius loquitur, cui solutio Satanae nil derogat, observant
tempora, in quibus jam his, jam aliis spoliis eam exuat, Col. 1. 13. Act. 26. 18
ad hanc ordinem temporis quoque pertinet 1. Cor. 15. 25. 26, de ultimo hoste,
defructuro postquam videlicet solutum à ligatione sua Satanam ultima vice
Addit V. Judaeos omnes esse tandem aliquando convertendos
ad Christum & reducendos in Palestinam, ut ibi
Statum suum Politicum ad ideam pristinae suae Reip.
recuperent.

Quam doctrinam de Conversione Judaeorum cum plenis omnibus optimis
premissis in Rom. 11. cap. & de restitutione eorundem in terram, iudamento de
promissam, cum aliquibus non contemnenda autoritatis, innumeris prophetarum
confirmari posse puto: ubi probabile est, non futuros sine ordine politico: sed
ideam pristinae Reipublicae, id gratis dicitur. Prodeat nunc unus Cocceus
Psalm. 48. Sperant Judaei sub Christo Hierosolimam denuo edificandam
Quod sane licet ipsis sperare. Nam Christus dixit, Hierosolimam calcatam
bus, donec finiantur tempora gentium, Luc. 21. v. 24. & Jeremias cap. 31. v. 38
videatur polliceri Hierosolimae reedificationem sub N.T. Quod si fiet, erit
tionis Christi, ut aliae urbes mundi. Ceterum cum de utroque hoc capite
teceberis aut Confessio defuerit, cur non suam cuius privatam sententiam
sine exagitatione aliorum, dum Deus aliter aperiat?

Progreditur jam ad caput primum de Sabbato, cujus institutioni quia
kero praefixeram lapsum Adam, affingit mundi verba (seq. articuli)

VI. Certo certius Adamum esse lapsum sexto die pu-
mi sexagesimo, quo fuerat creatus, atque huic huius
potestati cum ineluctabili veritatis, plura dogmata
Theologica tuto superstrui posse.

quam primo non possit ignorare plures, eosque principia autoritatis Theologicae
sententiam de lapsu Adam die sexto, cum maxime probabilem, & in qua nihil
absurdi respiciat, esse amplexos. Videatur Broughton non solum de sua, sed
a se citatorum sententia compendio id affirmans: de concerta Script. post
argumenta complura, Lux, inquit, qua laet in tenebris, adduxit eorum
homines, ut hoc sentirent. Ubiq. enim locorum haec sententia recepta fuit, Cu-
minem ipso creationis huius die. Sic Judaei omnes: non memini, quoniam legi
quoquam audire, qui esset in alia sententia. Et tamen multi ex ipsis non
apud dicant pro reversione per secundum Adamum. Et Et dicitur Christi
praeferat, in Cron.) semper sic perseverant. Inter Graecos Francus, Broughton
Theophilactus, & Ceteri etas. Pitam est illud inter ipsos de Adamo etiam
quod quaeque ex dicitur, quo die formatus, eodem et eiecit est.
Patres memorem Latinos, Augustinum, Bernardum & plures alios. (Hanc
delicatas mentesq. miras, qui hanc curiositatis insimulant?) Ipsum vulgus
sentit et. Idem pag. 164. Mortuus est Christus die eodem, quo Satana
factus est, in rerum principio Gen. 3. et per mortem abolevit eum, qui mortis
imperium. De Adamo die consentiunt Hebraei, Chaldaei, Arabes, Graeci, Latini
etiam Scripturae aliquot ad hanc rem sunt luculentiores, quam ut torqueri
Neotomici quidam negantes Christum declaratum esse hanc omnium primam

die, vituperant ea, quae ignorant. Ipsum prima matris nostra nomen eos Sans arti,
quam riam ad vitam doctrinam docuisse poterat. Pater Scharpium in Cursu Theolog.
idem asserentem, iudicatur Curt. Scotarus in Heptameron pag. 497. citatis Ce,
idem verbis, haec habet. Sexto die cecidisse Adam, & ejectum esse, eodem nempe quo
creatus fuerat, vulgatio sententia est, quam affirmanti Cuiusdono non audeat contra,
dicere Cörenus, & qua sequuntur. Quin nec ipsi Catechista in Belgio ve,
rentur illud plebi insillare, ut inter alios P. Petrus de Witte Ecclesiastes, Leijden,
fit, in Catech. suo p. 46. Op wat tijt, ofte wanneer is dese vall geschied?
Zonder twiffel op den selfen dag, in welken zij geslapen zijn. & is niet waer,
gesynelick dat sij den Sabbat in dien Staat Gynde hebben gevierd, daer de volgende
dag nae haere gesleppinge al een voorbeelt was van de ruste door Christum te
verkriggen. Caprinus ipse non vulgò & vulgaribus auctoribus creditum, sed passim
receptam opinionem esse scripsit, in eamq; longe prouice esse deprehenditur, quam in
ullam aliam. Quod verò dissenfiancula aliqua horum auctorum à Walkers cir,
ca quosdam lapsum secutas circumstantias in seenam producit, minimè eorudem con,
sentium de die lapsus conuellit, quem uro ore in sextum creationis designant. Ino ipse,
met Antagonista, ut nudi relatum est, in disputatione publica eam sententiam sine peri,
culo admitti posse concessit, modò ei prædictum dogma de Sabbato non superstruatur,
ut videas quo pacto ille prout seena sua seruire existimat, sententias doctorum, modo
desiccat, modò tenere repudiet. Quid autem si illius articulum inuertam.
Certo certius esse Adamum non lapsam die sexto primi Saeculari, quo fuerat creatus
et huic hypothesisi seu indubitata veritati, plura dogmata Theologica tuto superstrui
posse, an plus demonstratum putabit? Quod si neutrum tuto affirmari posse existimat
quid altercat? Certo certius esse quod dicitur, illos quidem asserere verisimile
est, qui sibi à discipulis simpliciter credi volunt; ego, qui id nunquam posco vel iubeo,
istam formulam pro mea non ago: licet omnino fatear lapsum Adami sexto die
open redemptionis, cuius memoria septimum diem deputo, præsupponendum esse.

Jam quod in VII. articulo seu à me dictum refert
 VII. Nobis Christianis sub N.T. videntibus præter
 Baptismum & Cenam alia esse Sacramenta duo,
 Judæam & Diem Dominicum.

mirari satis non possum ejus calumiosum hoc obiectandi studium non apud magnatos
 solum, sed etiam apud simplicem plebeculam, quo me suspectum aut exosum reddere cona,
 tus est, dum eis persuadere satagit, me contra receptam ab omnibus Reformatis sententiam
 de duobus duntaxat N.T. Sacramentis, numeram eorum multiplicare, addito Sacramento
 Judæis & Sabbati. De quibus antequam dicam præmittendum est Sacramenti nomen sibi
 num esse, ab Ecclesia Latina solum usurpatum; à cuius communionem postquam recessum est
 per Reformationem, prout olim consueverat, eadem appellatio in vernaculas quoq; linguas
 & confessiones recepta est, non sine aliqua multorum suspitione, secreta aliquid in casse
 voce erigere, aut vitare. Scriptura aliis utitur vocabulis, nullo autem frequentius
 quam Signi. Ast Signi nomen generalius est, quod variis conditionibus restringendum, quo fiat
 Sacramentum strictissime dictum. Tale in N.T. est, quod à Christo institutum est ad si,
 gnificandam & obfigurandam gratiam Dei in Christo in carne exhibito, quam ipsi contulisset
 atq; hujus generis duo duntaxat sunt, Baptismus & S. Coena. Baptismus quidem obfi,
 gnat admissum in foedus Novum Sanguine Christi sancitum, seu ut Catechista loquitur,
 quæst. 73. nos ablutos esse à peccatis: utpote conspultos Christo per Baptismum in
 mortem Rom: 6. v. 4. S. Coena a. est recordatio mortis Christi, quem pro nobis
 sustin-

sustinuit, & nobis partem per illam reconciliationem cum Deo obfignat. At
Calvinus latiori significatione Sacramenti vocabulum etiam in Ecclesia Christi
supari posse docet, Justit. l. 4. cap. 17. § 18. Sacramenti nomen, inquit,
ejus ratione hactenus discernimus, omnia generaliter signa complectitur quae
Dominibus mandavit Deus, ut certiores securusq; de promissionum suarum veritate
Ibidem affirmat, Sacramentum hujusmodi in rebus naturalibus Deum existere
cum arcum coelestem Noë & ejus posteritati in monumentum statuit, postea
viro non dissipaturum terram: Sunt Noë pro Sacramente Sabuisse. Non quia
coercendis aquis foret efficax (qui solant duntaxat radii repercussio est in
nubes) sed quia notam à verbo Dei insculptam habebat, ut documentum esse
menti eius, ac sigillum. Et antea quidem arcus erat arcus; ubi insensum
verbo Dei, indita est nova forma, ut incorporaret esse, quod prius non erat. Hinc
fra dici quis existimet, arcus ipse hodie quoque nobis testis est ejus foederis, quod per
Deum cum Noë, quem quoties intuemur, hanc Dei promissionem in eo legimus, terram
viro nunquam perditum iri. Et mox: Si soli, stellis, terrae, lapidibus, hujusmodi
mentis impressisset, illa omnia Sacramenta nobis forent. Cur enim eade ac
argenteam non ejusdem sunt pretii, cum idem prius sit metallum? nempe
nihil habet praeter naturam; forma publica percussam numerus fit, & novam
nem recipit. Et Deus suas creaturas verbo suo signare non poterit, ut
cramenta, quae prius nuda erant elementa? Quis igitur juxta Calvinam
erit Sacramentum, documentum foederis Dei ac sigillum. Sane Deus prius
tertia signum foederis sui appellavit Gen: 9. v. 12 seqq. in quem locum
Additur Symbolum, quod promissionem obfignet, in quo resulget admirabilis
gentia, qui ut solidum verbo suo fidem apud nos esset, talibus administrandi
gravatur. Et verbis Moysi tenendum tenendum est, signa perperam à verbo
Verbum appello, quod fidem aedificet, quomodo Sic Dominus clarè alloquitur
Noë & ejus filios. Deinde sigillum hanc certitudinis causam. Quia
tur Sacramentum à verbo, desinit esse quod vocatur, Sit, inquam, vocatur
oportet, ut vim suam retineat, nec degeneret à sua natura. Nec tantum
et Iudicia Sacramentorum administratio, ubi verbum Dei silet sed necesse
stigas secum trahit. Unde etiam hoc colligimus, hoc fuisse proprium Sacramen
initio, ut ad fidei confirmationem valeant. Nam certe in foedere est inclu
missis, cui fides respondere debet etc. & ad v. 9. Et si terrena est prom
tamen suorum fidem excoeri Deus, ut agnoscat singulari ejus beneficiis certum
sibi fore hospitium, donec in coelum colligantur. Quum vero ad id ut fuit
foederis sit, fides intuentium requiratur (quomodo in intuentibus enun
ten Num. 21. v.) cui quæso signum foederis erit, nisi illi, qui vera fide
nem Dei apprehenderit, quod nemo impius infidelibus, nedum brutis tribuit.
Parens in Gen. 9. cap. Iudem Theologicè consideratam vocat signum obfignat
obfignatum, improprie tamen dictum, quae in Ecclesia dicuntur Sacramenta, illa
exemplo, quicquid de Sacramentis fatendum, declarat. Idem ait; foedus, cuius
signum, fuisse foederis gratia appendicem, de promissione terrena; neq; in hoc foedere
ram fuisse Deum Noë filios, nisi prius in foedere gratia recepisset. Quo fuit
de hoc foedere usurpet Deus vocabula ד'קדו נאכים & 'קדוה סאכים
habilituram significant; adeoq; non foedus recens initum esse docent, sed quod prius
fuerat, nova promissionis accessione esse confirmatum: ut liquet ex Gen: 15. v. 18.
17. v. 7. collatis. Foedus illud prius fuit foedus gratiae Gen: 6. v. 8. 18. d.

confirmatio eius facta est post sacrificium typicum bona fragrantia quod Noachus obtulit Gen: 8. v. 20 s. dum per fidem Christus, talem hostiam suo tempore factum Ephes: 5. v. 2. intuitus est. Ulti vero sic generationi sensu Jns veri dicitur Paera, mentum enim nunc sub Novo Testamento, cum eadem promissionem de futuro beneficio non immittendi dituri adhuc dum confirmet, ita quoque Sabbathum eadem nomenclatura venire potest: quia Deus quater Signum foederis nuncupavit, bis Exod: 31. v. 13, v. 16, 17. bis item Exod: 20. v. 12 & 20. Et posteriori loco adruit Calvinus quantum praeceptum promissionem gratitiam in se continere, quod populus ille se gregatus fuerit a toto orbe, ut ei esset in Deum, quibus electos diligat, regeret sub Spiritu, ut sit propitius & exorabilis, eaq' omnia per Mediatorem, atq' quo nullum sit conjunctionis vinculum. Praterea Sabbathum fuisse Symbolum sacrificii, illum finem fuisse Sabbati, & eo consilio Deum populo mandasse, ut septimo die quiesceret. Sabbathum fuisse signum mortificationis, testimonium gratia regenerationis, externum Symbolum & quod sub se mysterium spirituale complectitur. Jam sequi Sabbathum fuisse Sacramentum, quia visibilis fuit gratia invisibilis figura. Ex loquutione inter me & vos colligi mutuum esse conventionem in Sacramentis: quia Deus se nobis obstringit & vicissim fidem damus. Fuisse Sacramentum regenerationis, promissionem a Deo efficaciam Spiritus sui, modo ne januam ipsi claudant sua impietate & contentu. Hic vero claret, quam bona fide agat Accusator, quando ait Calvinum quidem agnoscere Sabbathum fuisse signum, sed Sacramenti nomen invidiosae tacet, rem Sacramenti turbasse inficiatur. Quod non eo dico, quasi nomen Sacramenti propriissime dicti censeri aut nuncupari debeat, cum signi nomen ex usu Scripturae sufficiat: modo hoc obtineamus, quod intendimus, non propterea signi vim, quoad significationem, ut Antagonista contendit, in Novo Test. esse abolitam. Ceterum enim cum religionibus Theologis, in quarto principio morale quid esse, quod etiam dicit Dominico convenit: atq' in eo signi rationem verti. (Nam non omne signum ceremoniam esse, Jns evincit, quod signum est perpetuum, non autem ceremonia.) Amosius sic statuit Medulla lib. 2. cap. 15. § 19. Quod autem Exod. 31. v. 13, 17. & Exod: 20. v. 20, Sabbathum appellatur signum inter Deum & populum ipsius, non potest inde constitui typus & futura alienius gratia re, presentatio, quia I. signum idem saepe notat, quod argumentum aut documentum, sicut etiam doctissimi interpretes annotant ad Exod. 31. Signum est inter me, id est, documentum. Sic charitas nostra mutua signum est, quod sumus discipuli Christi Jns: 13. v. 35. sed non est typus. II. Sabbathum in istis locis non dicitur signum rei alienius futura, sed praesentis, quemadmodum adjunctum omne visibile concomitans est signum subjecti praesentis. In observatione enim Sabbati est communis & publica professio communionis illius, qua inter Deum & nos intercedit: sicut igitur omnis professio solennis est signum illius rei cuius sit professio, sic etiam Sabbathum communi ista ratione dicitur signum. Ulterius adhuc vim signi extendit Polanus, ut sacrificiorem nostri significat in Exod: 20 pag. 479. Tertio quaeritur, Cum Sabbathum Deus dederit Israelitis, ut esset signum inter ipsum & illos, ut sciretur Jedorum sanctificare ipsos, cur Sabbathum sint mutata in dies Dominicos, & annon mutato signo mutata etiam sit res ipsa. Resp. Quod Sabbathum translatum est in diem Dominicum, eo non est obliteratum signum inter Deum & populum eius, nec ablatam mentum Sanctificationis, sed potius confirmatum. Si enim in memoriam reversionis celebrandus est dies unus in septimana, reventio autem perfecta est die Sabbathum Judaicum insequente, qui dies Dominicus dicitur, merito translata fuit Sabbathi Sanctif.

At ex
a Christi
inquit
qua un
venire
estare
hostiae
Non qui
o est in
tum est
in scriptu
at. Ha
quod po
us, hor
Sabbatum
Eade u
nempe
& horu
it, ut fu
Calvinu
s fide
in loco
abilem
iniend
a verba
loquitur
Quae
vocali
utum in
ceras Sa
Sacram
est inclu
est prom
certar
ut Jns
us ex
era fide
tubercu
Oppos
imenta, ill
dus, cui
hoc Jns
quo fuit
Sabbatum
quod h
15. v. 18
8. 18. d

lib
lo,
lib

Sanctificatio in diem Dominicam. Unde signum non est mutatum in se, sed
in alium diem translatum: quapropter nec res signata est mutata sed tantum
modus, hoc est, temporis circumstantia & claritas significationis. Ac licet signum
sanctificationis mutatum fuisset, res tamen signata, nempe sanctificatio eadem maneret
sicut signis Sacramentalibus variatis, res per ea significata mutata non est.
diversis eadem fides, idem Christus, qui omnium Sacramentorum nucleus. Sed
videndum in quo signi ratio consistat, quâ diuinam valere doceri queat. Sed
Dionysius declaravit in quarto precepto ceremoniale esse. I. quietem diei septimi
creatione. II. rigidam eundem diei observationem populo Iudaico peculiariter
optam: in neutro horum potest statui signum, quod Dominus fuerit ipsorum Deus
sanctificans. Eadem Morale statuit certum & statum diem (qui nunc in
loco Sabbati septimi diei) cultui Dei destinandum, ac tanta transigendum
quanta ad Dei cultum, sanctamq; illius meditationem est necessaria. Quis
telligit eam, ut illo die cesset ab omnibus operibus servilibus, exceptis cibis
et presentis necessitatibus, itemq; a recreationibus cultum Dei non impediuntibus.
Hæc agenda quies uno ex septem diebus, cum alii sex continui operibus illis tribu-
nitur exemplo Dei, quod Sac proprie nunc quoq; inculcatur et ad ceremoniale Sabbathum
pertinet. Exemplum autem istud Dei in mansuetudine unius diei quietis post sex dies
signum est, Sane rationem reddens Deo Exod: 31. v. 17. Sabbathum signum est in
et vos (qui sum Iehova sanctificans vos v. 13) quia sex diebus fecit Iehova celum
et terram, die autem septimo quiescit & recreavit se. Verum insuper Paulus apostolus
idem exemplum Dei, quod in observatione Sabbati imitatur, signum facit herede
æternæ & perfectissimæ, Hebr: 4. v. 9. 10. Relictus igitur est aliquis Sabbathus
Dei, nam qui ingressus est in requiem ipsius, is quoq; ipse requirit ab operibus
cut Deus a propriis. Sic enim censuisse Belgas interpretes, Sæolia ipsorum
in quibus haud dubitarent Sabbathum nuncupare Sacramentale signum &
quietis Spiritualis (si quis per Sanctificationem promovetur) & æterna (quæ
est post hanc vitam præsentem.) Sic quidem vertunt. Daar leeft die
ruste over 24 voor het volck Gottes. Want 25 die ingegaen is in syne ruste
soeft selve oock van syne wercken gerust, gelyck Gott van de syne. Hæc autem
servant, 23. Græc. Sabbathismos, dat is, een ruste namel. boren de ruste der
Canaan ende der jorden oegeds, welke is de geestelycke en ewige ruste, die
door wort bereyckent en die sij in t volgende veis beschryft. 24 dat is
de ware gelovige, die de ware Israëlieten, ende Kinderen der belofte zijn. 25
t woorden die, wort verstaen een jeghlyck der gelovige, die geseyt worden
in te gaen, wanneer sij hier rusten van de volbrenginge der wercken des
en hier naemaels ten vollen sullen rusten van allen saeren arbeit Apoc: 14.
van welke ruste de Sabbath alhier oock als een Sacramenteel tecken oer-
re wort aengemerckt. Non olim solammodo, sed etiam nunc à quorundam
Sabbatum ita censetur considerandum. Neq; n. illud intuentur quâ typicum & cere-
moniale signum est, quod cum Christi exhibitione in carne insar colorarum umbrarum
erit: sed imprimis, quatenus significat beneficium futurum, non nisi in exitu
morte inchoative, consummate autem in secundo adventu Christi impetrandum
sub illo genere ceremoniarum, comprehendendi nequit. Hoc vero sensu quis jure
Sabbatum vocari non modo signum, sed etiam cum Belgis Sacramentale signum
videt uti olim, ita et nunc valeat ad significandam sanctificationem, pro variis
diei secundum Polanum atq; etiam quietem futuri seculi secundum Belgas.
Professio

Profecto multo minus hoc pacto numerus Sacramentorum Novi Test. propriissime di-
 etorum augetur, quam id factum à Calvino Justit. l. 4. cap. 14 § 2o præter duo
 Sacramenta, quibus nunc Ecclesia Christiana utitur, Baptismum & Cœnam, aliud addere
 commemorant, cum ait: Impositionem manuum, quæ Ecclesia ministri in suam manus
instituantur, ut non inuitus patior vocari Sacramentum, ita inter ordinaria Sacramenta
non numero. Quod si nemo nostrorum unquam Calvino hæc propter litteram morit, ceu
 qui receptum binarium numerum Sacramentorum N. T. everteret, quamvis id nominis
 attribueret ritui Ecclesie Novi Test. proprio, quique quadamtenus Sacramento Ordinis
 apud Pontificios affinis esse videri poterat: quoniam non inter ordinaria se illud numera,
 re dixit: an cuiquam fraudi esse debebat Sabbathum Siqui nomine insignivisse, aut etiam
 latione sensu Sacramentum dixisse, cum dixerit verbis à conditione atq; numero Sacramen-
 torum Novi Test. proprie dictorum removeretur? Utique si in ipsa voce Sacris latet, noster
 Calvinum quoq; Sacrorum suorum catalogo adscribere debet, quoniam Judæi tam nunc,
 quam olim, Sabbathum item in Veteri Test. & Impositionem manuum solum in Novo Test.
 Sacramenta ausus est nuncupare.

Ad capit. de Sabbatho referendus quoque est articulus VIII. Sunc vero non secus ac alios
 admodum subdole concepit.

VIII. Quiescem Dei ab omni opere suo septima die, non fuisse
 cessationem ab operibus Creationis, sed acquiescentiam
 in opere redemptionis, quod tum promissum fuit.

quis enim credat aliud statuere, quos sibi sumit frigitive adversarios, quam inferari
 ipsos omnem quietem Dei ab operibus Creationis die septimo. Atqui quotquot hæc
 sexto die lapsam esse arbitrantur, adeo certam agnoscunt quietem Dei ab operibus creati-
 onis, ut non septimo domum, sed sexto die coepam dicant, quando quæcumq; septimo produ-
 xerat contemplatus, valde bona pronunciant. tantum abest, ut concedant, (quod in Disp-
 tatione nuptia ab ipso affirmatum accipi) Deum die septimo aliquid consummationis operi
 Creationis addidisse, instar Sartoris, qui vesti pridie parata die Dominica cum semel iterumq;
 transadigit. Hoc vero dicunt, præter illam quietem accessisse ad huc aliam: nam sive sexto
 die, sive septimo promissus fuerit Messias, cum hac promissione, quæ ad redemptionis opera
 pertinet, quiescit Deus, et in hac promissione, vel potius in eo de quo loquebatur ea, Mes-
 sia, acquiescit. Sane si Sabbathum non tam ad meditanda & contemplanda Creationis
 opera institutum fuit, quam ad redemptionis, ut loquitur Sebastianus in Cursu Theolog.
 de pecc. cap. atq; ut ait Sebastianus sub finem sui Heptæmeri, sic dies ab Adamo &
 Eva per poenitentiam & meditationem Evangelii de semine promissæ actus est, non
 minus redemptionis opera, quam creationis antecessisse, & Deum in illis quoq; acquisivisse
 oportuit. Quod ut credam facile persuaderi Deo affirmante, Sabbathum signum esse
 quod sit Jesus sanctificans Ecclesiam, qui sex diebus Creationem absolvit, septimo autem
 quiescit, seq; recreant, quæ voluptatis & acquiescentiæ expressio est Exod: 31. 13. 17.
 Si enim Sabbathum sanctificationis divina signum est, præsupponitur omnino aliqua in-
 mundities peccati, à qua homo fit mundandus & sanctificandus, quo etiam dictum Egai. 58,
 v. 13. respicit: & vicissim, quia eodem Sabbatho Deus quiescit, seq; recreant, utiq; recreant
 se in Mediatore promissæ, omnis Sanctificationis fundamentum, in quo effunditur copiose
 Spiritus sanctificans, qui est Spiritus Regenerationis & Renovationis Tit. 3. v. 5. 6.
 Quæquam nec ipse Antagonista id diffiteri potest, si iis stare velit, quæ alibi de Sabba-
 do scripsit, contra Volkeliæ tom. 1. pag. 750. Quod moralis & perpetua sit observati-
 onis unus è septem diebus sanctificatiõis ad cultum Dei publicum & exercitia pietatis, imò &
 creationis utriusq; primæ & secundæ commemorationem. Quia enim, quod ibidem pag.

279 docuit, Ipsa lex moralis ita perfecta est, ut nec augeri possit, nec minui,
Deus ergo officia in genere morum sub N. T. quā sub Veteri, & moralia cum sint
naturalis semper eodem modo se habere debent perfecti commemoratio non minus
creationis (quā redemptionis est) quā prima, & ipsius sententia moralis & perpetua
lim, quam nunc, praerequit notitiam redemptionis, ejuſq; per Evangelium patet
Sabbatum primum Sabuisse oportuit, ne aliquod morale officium foret omittendum.
sic quoq; acquiescentia Dei in secunda creatione non minus, quā in prima debuit
fuisse. Scilicet positio posterioris, non est negatio prioris; sed prius praesens
qui ponit posterioris.

Qui proxime sequuntur articuli novem de statu primorum hominum loquuntur
partim integro, partim corrupto, sed mixto. Agnes sic dicit

(X. Imaginem & Similitudinem Dei, ad quam Adam
fuit conditus, fuisse duo diversa.

Grande profecto crimen, si quis ausit Deum confectari, & quae distinctis vocibus
nunciare ipsi placuit, distinctis quoque conceptionibus complecti. Spiritus Sapiens
non res solum, sed verba etiam inspiravit suis amanuensibus, gemina voce
ideam ut sic loquar, ad quam homo creandus erat: an minus certa ratione
creandus est, quam sapiens mundi, qui momenta singularum vocum ponderare
Hac propter non parvis placuit discrimen aliquod, ut Imago diceret Substantiam
sine quibus ne quidem foret homo; residens in anima natura & dotibus essentialibus
Similitudo autem accidentalia, sine quibus talis homo non foret; consistens in
tudine, quā rectus fuit Eccles. 7. v. 29. sicut Deus rectus est Deut. 32. v. 4.
mente, voluntate, appetitionibus, motibus exacte conformis voluntati Dei, pulchritudo
ra iustitia & sanctitate, quam iustitiam originalem dicimus. Imago illius
missibilis, aut despicit simul esse homo, unde etiam post lapsum Imago
cuiuslibet tribuitur Gen. 9. v. 6. quamvis etiam in dotibus anima aliqui
de contraxerit. Similitudo fuit amissibilis, & per lapsum perperda est, quae
jam o amplius talis est, qualis conditus: qui nihilominus est & manet homo, quia
is qualitatibus irreprehensibilis, iustitia & puritate laborans: quae tamen &
sum removeri possunt, & amissae qualitates resipui, non tamen per hominem
primū amittit, sed per solum Spiritum regenerantem. Sed licet testimonium
de oper. sex dier. part. 3. lib. 3. cap. 1. Hinc apparet inter imaginem & similitudinem
non parvam esse differentiam, quanquam saepe cum de homine sermo est, in
litens una pro altera accipitur. Et post alia: Neque displicet discrimen
Mose Aegyptio allatum, & multis doctis receptum inter imaginem & similitudinem
scilicet inter Zalem & Semet, ut prior vox ad formam substantialem, quae est
hominis, altera autem vox ad accidentia & varias qualitates referatur. Martij
in Genes. Imago alterius est formae quā illum refert; similitudo alienius est
quā illum refert. Rursum Mercurius in Genes. Potes ita distinguere, quod imago
ipsa substantia & prima effectus; similitudo vero qualitas, quae ex illa effectus
pressionem consequitur, ut quid plane sit suo archetypo simile. Unde apparet
condemnandos, qui accuratioris gratia aliquam distinctionem sic agnoscent, ut
ut Bellarminus (quem sic ad invidiam faciendam allegat) eo sine inculca
Similitudo supernaturalis donum sit, fronti loco additum, ad concupiscentiam
retinendam. Exim isti Similitudinem Dei aequae naturalem faciunt homini, quā
quia si alterutra harum carisset, nequaquam responderet ideae illi, ad quam
diturum hominem Deus dixerat Genes. 1. v. 26. neque bonitatem Sabuisse

ipſi non minus quam coeteris creaturis naturali tribuitur v. 31. Cui tamen Synecdoche placet Gen: 1. v. 27. cap. 5. v. 1. Saec vocabula promiscue uſurpare poterit. Pergit articulo decimo

X. Ad imaginem Dei in homine non pertinere Dominionum ei concessum in coetera animalia.

cui dum dicit expresse aduersari Scripturam, vide quam Exopodoyros ex principiis sua Traditio, sed non satis ad Scripturam persitatis, affirmet Dominionum illud praese ad imaginem Dei pertinere: cum textus Moſis fecerat Dominionum ab imagine, tum quando consilium condendi hominis refert Gen: 1. v. 26. Faciamus hominem ad imaginem nostram, secundum similitudinem nostram, & qui dominetur ei: qua posteriora uerba non sunt tantum exegetica priorum, qua declarant, quid per imaginem & similitudinem ueniat intelligendum, uti quidem Sociniani dicunt: sed indicant beneficium homini ad imaginem Dei condito, conferendum: tum quando executionem recitat v. 27. creauit Deus hominem ad imaginem suam, ad imaginem Dei creauit eum, marem & feminam creauit eos: quamprius conditus fuit Adam habuit imaginem Dei etiam ante conditam mulierem: Saec domum creatam & pronunciatam benedictione de propagatione generis, dominium utriusque hominum simul datum est v. 28, quod ante conceptionem nec habuerunt, nec habere potuerunt. Illud potius consequens aut beneficium a Deo extinſeus concessum, quia etiam sine domino imaginem habuit, quam pars imaginis diuina in homine proprie appellari merebatur. Pertinet enim omnino Dominionum ad statum hominis integri externum, imago & similitudo Dei ad internum. Si tamen imaginis uox de omni hominis integri conditione sumatur, uel a Χρυσικω & latissima acceptione Dominionum sub ea continebitur, neque inde excludi poterit. Quod undecimo articulo aduſcet.

XI. Nullum foedus quod natura vel operum vel legale dicatur, interuſſe Adamo cum Deo.

ad inuidiam Arminianismi conſtandam pertinet. Loquitur a. Saec uerbis R. Parentis mei, quem tantopere in speciem laudat, in notis MSSis ad Ursini Catechetica anno 1642 publice propoſita & explicata. Foedus naturale, id est lex impressa, natura forma foederis I. nusquam dicitur in Scriptura, II nec habet requisita pactioſis mutua, qua in foedere, III nec solennem sanctionem & confirmationem. Nam quod ex Gen: 2. v. 9. 16. 17. adducitur non sufficit. Confer exempla Gen: 15. 17. Exod. 24. Nec ulla sine periculum praesidium uel Pelagianismi, nisi imaginum; inter qua nihilominus doctrina de peccato originis, iure Dei in postenda obedientia, distinctione legis & Euangelii: cum eadem omnia, ad qua Adamus & foedere debebat teneri secundum Mareſium, ex ipsa lege natura, citra mutuum stipulationis nexum, omnino teneretur & ex ipsa Dei adoloxpeluſſa seu absoluta potestate, seu eius creatura. Maxime cum de expressa stipulatione & respipulatione Dei & hominis nihil in Scriptura exſeſte legatur.

Transit nunc ad illud caput, in quo ipsius sententiam potissimum impetisse accuſor

XII. Adamum oſi perſiſſet in officio, ad meliorem statum & felicitatem coelestem non fuisse traducendum.

quam quia sua contrariam agnoscat (quandoquidem nisi haerens sit, ab eo dispensare non potest.) Pelagianismi, Remonstrantismi & Socinianismi inſimulat. Sed rem ipsam uideamus. Omnino Adamum notitiam & promissionem uitae eſurg, per mortem o desitura habuisse, uel arbor uitae in medio paradisi (a cuius fructione deinde exclusus fuit.)

si per vocabulum non seditum fuisse Adamum, intelligat eam non peccasse, magna profecto calumniam fruit. Cum de Adamo nemo dubitet, & quicumque peccat, quodammodo seditus peccet, secundum Jacobum cap. 1. v. 15 & Paulum Eps: 7. v. 22. Gal: 6. v. 3. Accipienda autem est phrasis ex mente Apostoli 1 Tim: 2. v. 14. Adam non fuit seditus, sed mulier sedita in transgressione fuit. Ille enim duplici argumento rogativam auctoritatis habeat: tum quod Adamus prior conditus, eoque prior, peccatum aut seditatis habeat: tum quod mulier sediti magis obnoxia, quod exemplum primi lapsus probavit. Adamum autem & seditum utrum comparative tantum, et secundum quid intelligendum sit, quod ipse posterior & mediate per mulierem seditus, num argumentum Apostoli satis confirmet, merito dubitari potest: cum eo modo seditio Adami a foemina, majoris imbecillitatis argumentum esse videatur; et ipse Adamus audita duntaxat, & apud semet ipsam non voce suorum arbitrio in inobedientiam incidit. Audiamus de hac re loquentem Lancelium de pecc: orig: lib. 1. cap. 8. Licet Scriptura dicat Eam fuisse seditam a Serpente, eoque fieri possit, ut peccavit infidelitate, tamen de viro hoc non legitur: imo Paulus ait, cum non fuisse seditam. Simpliciter etiam fatetur Adamus, se accepisse fructum ab uxore & edidisse. Forte tamen credidit verbis Eua, qua de Serpente ipsa audierat. Sed a posterioribus u. texum est Scripturae testimonium, & post: Ego simpliciter sequor Apostolum, qui peccatum Ada vocat inobedientiam, & dico fuisse inobedientiam. Quamnam? qua sit: (ut Moses refert:) non obediit voci Dei, dicenti, ne ederet de fructu arboris scientiae, sed maluit audire vocem uxoris; & aperte Deus dixit illi Gen: 3. v. 17.

Et cur fraudi sit ita loquutum esse?
 Jcto XIV Peccatum originale non tradi ab Eua, sed ab Adamo solo, a Patre, non a Matre.

Si interpretetur hoc de corruptione originali, quam a Parentibus tradimus, & in qua quidem foremur, & nascimur, plus quam manifesta Scripturae testimonia id docere, nemo ibi inficias. Reatus a prima inobedientia utrum ab uno homine, an vero, ut Auctor sic vult, ab Eua incipiens & accepto complemento in Adamo sic ab uno in posteritatem transeat, de eo fortasse ulterius disquirendum. Neq; adeo absurdum hoc dicit, ut meo verbis & argumentis sic parcam, dicit solummodo a Lancelio. loc. cit. qui prolixè ostendit ex Rom: 5. v. 12 seq. scopum Apostoli esse unum Adamum, uni Christo opponere, ut ab illo culpa, ab hoc justitia dimanet. Ait, per unum non per unam hominem. Ergo licet Eua prior peccavit, & exemplum peccato dedit non tamen per Eam propagatum esse peccatum in omnes homines, sed per Adamum, ut ipse etiam solus esset o totos vs quod dicitur typus futuri, non autem Eua: ut ita etiam intelligeremus, per solum Christum, non per Mariam Virginem nos justificari & servari. Quare quod etiam Christus natus sit ex foemina, quia tamen non est natus per semen viri ex Adamo lumbis profluens, idcirco peccatum in ipsum non est derivatum. Paulo post: Ait per unum, non a. per plures homines: In propagatione igitur sui peccati, neq; mulier habet ullam partem, neq; alii viri, sed solus Adamus fons est atq; origo: in ipso n. solo. tota fuit corrupta natura. Quare licet David dicat Psalm: 51. In peccatis concepit me mater mea, non ita

Profecto sic se res habet,
 circa Christum, qui eas
 propter Patre carere dicitur,
 cuius secundum H. N. non
 stiam careret reat. Nam
 sanctificatio hominis pla-
 viat deca per Spiritum S.
 sustulit quidem corrupti-
 onem, ut id quod nascere
 pro foret sanctam Luc. 1. u.
 35. non potuisset autem
 tollere reatum, nisi enim
 non nisi per mortem ab-
 lori potest, idcirco ab so-
 tantum qui habens H. N.
 mori potest: quam ratio
 assumpti Filii Dei, non
 tamen cum reatu, cetera,
 quin inibi profus peccato
 hereditario habuisset sa-
 tisfaciendum, contra Heb.
 7. v. 27. sed sine so. Spi-
 ritus S. non assumpti. Si
 otiam per sanctificatio-
 nem Spiritus sublatas fu-
 isset reatus, ad hoc nunc
 quod Spiritus S. sufficeret
 in transgrediendo, n. q. v. 27.
 to in diuinitatis foris opus,
 quod Socinianis appri-
 ms placere.

ita tamen id intelligendum est, quasi à matre sicut accepit materiam carnis
 etiam propagatum in se fuit peccatum quod est in carne. Stat enim dicitur
 li per unum hominem. Concipit igitur mater in peccatis liberos, quia concipit
 in quam propagatur peccatum in semine viri; non autem quod transfundat
 catam. Nam si conciperet sine viri semine, conciperet sine peccato.

Eisdem logomachis nescio an etiam accedere debeat articulum decima qua
 XV. Gen: 2. v. 17. Deum non comminatum esse mortem
 corpoream primo homini, nec eam intelligi in loco
 Pauli Rom: 6. v. 23, cum ait: Stipendium pec-
 cati mortem esse: nec illam peccati poenam, ut
 poena est, quod à Deo iusto iudice et peccati vin-
 dice infligitur esse statuentiam.

unde tamen purum putum Pelagianismum et Socinianismum nudi imputat.
 sciendum est Pelagianos et Socinianos statuerent mortem corpoream
 homini, etiam in statu integritatis, sequelam fuisse naturae, non autem peccati.
 Atqui hoc postea expressè inuenitur ex sententia in Adamam pronuntiatam
 es et in puluerem reuertens Gen: 3. v. 19. et confirmatur ab Apostolo Rom: 5. v. 12.

factum docent. Sed quaeritur, an eadem ei fuerit denuntiata per expressam con-
 tentionem, qua continetur Gen: 2. v. 17. quo die comedens, morte moreris. Ego
 si qui multiplex genus mortis, aeterna, spiritualis, corporalis, afflictionum, proce-
 tendant, facile patior eos suis argumentis cum aduersariis pugnare, dummodo
